

*Sed quanto quem tu cantas te est altior unus,  
Tanto ego qui te isto carmine laudo minor.*

---

MATTHÆO WIELANDO  
Theologo pientissimo.

*S*aepe pias miror, Vielande polite, loquelas,  
Cum tibi ter sancto nomine rostra fremunt,  
Plenus ab ingenti lymphatus numinis aura  
Insolito doctos fundis ab ore sonos.  
Christo colloqueris, Triadisq; in laudibus haeres,  
Praesentem tibi tu conficis ipse polum.

---

ZACHARIAE SCHUBERTO  
Literatissimo Scholarchæ.

*S*chuberte Aonidum dulcissime alumne Dearum,  
Cui Veneres puro nectaris imbre fluunt,  
Audi me, probro tibi me nisi duxeris, in te,  
Eque tuo liquido pectore nosce meum;  
Intra me vivo mihi, Musas lenio Musis,  
Sum patriæ, cunctis velle deesse, nego,  
Fido Deo, peregris nemo tero tempora curis,  
Sum simplex, scio me temnere, mitto dolos.  
Sperno si invidia me, ut fit, livore lacesunt;  
Se penetrant mores in mea corda tui.

NICO.